



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Qvæstio II. Quot sunt tibi scitu necessaria, vt istâ concolatione fruens,
beatè viuas & moriaris?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

A V T O R I T A T E S

Excaluinizatae

CATECHISMI CAL-
VINO-HEIDELBER-
gensis Excaluini-
zati.

a 1. Cor. 6. 20. *Glorificati & portate Deum in corpore vestro. b Rom. 14. 7. 8. Nemo enim nostrum sibi vivit, & nemo sibi moritur. Siue n. vivimus, siue morimur, Domini sumus. &c. c 1. Cor. 6. 19. Membra vestra templum sunt Dei Sancti, &c. & non estis vestri.*

RESP. a. b. c. De iure sumus Christi; at de Facto esse debemus & possumus. NOTA, Caluinista, ad persuadendam Fidem Specialē, in toto Catechismo fallit ab sēsu ambiguo, capiens Communem Iuris, pro Speciali ac personali, qui est Facti. Proinde ibi de omnibus dicitur fidelibus iustus; estque de fide: Non autem de Me in singulari: ideoque hoc non est fidei, sed spei bonae cum timore. Qui sensus est & subsequentiū. d. e. f. g. h. i. k. l.

d. 1. Cor. 3. 22. *Omnia vestra sunt, vos autem Christi. e. 1. Cor. 6. 20. Empti enim estis pretio magno. 1. Ioan. 1. 7. Si in luce ambulamus, sicut & ipse est in luce. Societatem habemus ad invicem, & Sanguis Iesu Christi filij eius emundat nos ab omni peccato. 1. Tim. 2. 6. Iesus qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus. f. Hebr. 2. 14. 15. Quia ergo pueri communicarunt Carni & Sanguini; & ipse similiter participavit eisdem; ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est, diabolū. g. 2. Th. 3. 3. Fidelis Deus, qui confirmavit vos, & custodiet à malo. Ioh. 6. 39. Haec est autem voluntas Patris mei, qui misit me; ut omne, quod dedit mihi, non per-*

dam ex eo; sed resuscitem illud in novissimo die. h. Matt. 10. 29. Nonne duo passeret, &c. Vestri autem capilli. &c. Item Luc. 21. 18. Ex hisce bene infertur Certitudo fidei ac salutis in Communitate malae, in specie, persona, & de facto ut Luthero-caluinistae volunt i Rom. 8. 28. Scimus autem quoniam diligentib. Deum omnia cooperantur in bonum iis, qui secundum propositum vocati sunt sancti.

OMNIA, praeter peccatum expiandum voto, aut opere operato Sacramenti k. Ro. 8. 16. 17. Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus Filij Dei. Si autem filij, haeredes quidem Dei, cohaeredes autem Christi: Si tamen compatimur, ut & conglorificemur. Eph. 1. 14. Qui est pignus hereditatis nostrae, in redemptionem acquisitionis, &c. l. Luc. 1. 16. Et erexit cornu salutis nobis. v. 7. 4. Ut sine timore de manu inim. no. lib. serui. illi in sanctitate, &c. Ps. 110. 3. Confessio & magnificatio opus eius, & iustitia eius man. in sac.

QVÆSTIO II.

Quot sunt tibi scitu necessaria, ut istā consolatione fruens, beatè viuas & moriaris?

RESP. Tria in ceteris. Primum, quanta sit peccati mei & miseriae meae magnitudo^a. Secundum, quopactō ab omni peccato & miseria liberer. b Tertium, quam gratiam Deo pro ea liberatione debeam. c
a b c Rom. 7. 24. Mat. 11. 28. 29. 30.

PRE-